



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXXXVII. Simon Ziethen, Altarist, verkauft vor Luthe-Heinrich,  
bischöflichen Official zu Frankfurt, dem Karthause gewisse Renten, am 18.  
Januar 1472.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

bet in futurum, michi Notario publico Infrascripto sollempniter stipulante et recipiente vice et nomine omnium et singulorum premisorum hujus modi concordiam vnionem et placita hinc Inde de cetero nunc et in antea ratas, gratas et firmas perpetuo velle habere, tenere et obseruare etc. — Acta sunt hec In dicta domo misericordie dei seu monasterio Carthusiensi prope frankenford, dicte lubucensis diocesis ante Introitum refectorii prope Ingresum cellarii maioris, Anno, Indictione, Mense, die, hora et pontificatu quibus supra, Presentibus ibidem honorabilibus Religiosis et honestis et discretis viris dominis paulo leman, altaria in villa lossow presbitero, fratribus petro Thoma et Jacobo dicti ordinis Carthusiensi conuersis, Nicolao porken, Johanne langem, Ciuibus dicti opidi frankenfordis, laicis, Mathia Ertmanni, vicario perpetuo ecclesie wari-nensis clerico warinensis et nicolao megow, Ciue opidi konigfsberg, laico, Caminenis dio-celis, amicabilebus Compositoribus parcium hinc Inde et testibus ad premisa vocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Originale im Universitäts-Archive zu Breslau.

LXXXVII. Simon Ziethen, Altarist, verkauft vor Lutke-Heinrich, bischöflichen Official zu Frankfurt, dem Karthause gewisse Renten, am 18. Januar 1472.

In nomine domini amen. Vniuersis et singulis presentes litteras sue presens publicum instrumentum visuris, lecturis et auditoris, Presertim quibus nosse fuerit oportuna, pateat euidenter, Quod sub anno domini M. CCCCLXXII., — die vero saturni, decima octaua Mensis Ianuarii, hora vesperorum uel quasi. Coram nobis Paulo lutkehinrich, arcium magistro, Canonico ecclesie lubucensis et officiali in frankenford, In curia episcopali lubucensi ibidem nostre solite residentie pro tribunali sedente, In notariorum publicorum ac testium infrascriptorum specialiter ad hoc vocatorum et rogatorum presentia, personaliter constitutus honorabilis vir dominus Symon Szythen, altaria ecclesie beate marie virginis parochialis dicti opidi frankenfordensis, lubucensis dyocesis, Pro se suisque heredibus et successoribus in domino infrascripte domus sue possessoribus et proprietariis —, sub iusto et legitimo reemptionis titulo vendidit prout vendit de presenti Venerabilibus ac religiosis viris dominis Patri Reuerendo priori, confratribus suis Totique conuentui ordinis Carthusiensi domus misericordie dei, prope dictum opidum frankenford sito, Ipsorumque successoribus duas sexagenas grossorum Censuum annui in denariis Brandenburgensibus Monete currentis et pagamenti consueta, Cum qua quilibet fidelis alteri warentare communiter debet et possit, ad mutuum, perceptionem et vsum providi Casparis lefschebrant ibidem etiam presentis consensientis et huiusmodi censum acceptantis in vita duntaxat constituti Pro viginti sexagenis grossorum eiusdem monete Brandenburgensibus, sibi ut asseruit integre et plenarie per dictos dominos patrem priorem, confratres eius ac totum conuentum dicti census annui emptores iam pagatis, numeratis et solutis, de quibus eosdem dominos emptores Successoresque suos quitauit, quitos et liberos pronunciauit et ab omni solutione vltiori absoluit, In et super domo sua et eius fundo ex opposito dicte ecclesie parochialis in frankenford inter curiam opidi eiusdem et do-

mum siue aream dictorum dominorum prioris et conventus ordinis Carthusiensis sita, Quam tunc idem dominus Simon venditor possidere dinoscatur et inhabitavit, Quem quidem duarum sexagenarum censum annuum prefatus dominus Symon venditor cum omnibus suis heredibus et successoribus dicte domus possessoribus predicto Caspari Iefschebrandt de iussu, consensu et voluntate specialibus dictorum dominorum prioris et conventus ac ipsorum successorum ad tempora vite duntaxat eiusdem Casparis In festo purificationis beate marie virginis singulis annis assuturis vna cum dampnis expensis et interesse ratione non tempestive solutionis eiusdem emergentibus bona fide sine omni dolo et fraude expedite et integraliter soluere promisit, Sic tamen quod dictus duarum sexagenarum census annuus post obitum prelibati Casparis Iefschebrandt sine omni contradictione suorum heredum et legitimorum successorum Sponte et libere ad dictos dominos Priorem et totum conventum, omnibus iuris legalis et canonici auxiliis remediis et defensionibus penitus postpositis, redeat, perveniat et devoluatur, In quo idem Caspar Iefschebrandt pure et simpliciter voluntatem suam adiecit, annuit ac plenissime sic fieri voluit et consensit, Et a solutione huiusmodi census annui singulis annis sic non cessando, donec et quousque dictus dominus Symon czythen aut aliquis heredum vel successorum suorum dicte domus possessorum prefatum censum annuum duarum sexagenarum pro viginti sexagenis grosorum similium monete currentis denariorum Brandenburgensium sicut emptus vel alia equivalenti pecunia ad se duxerit reemendum etc. — Presentibus — venerabili discretis et providis dominis Johanne wolfram arcium magistro, antedecte ecclesie beate marie virginis in frankenford altaris, et Johanne qwappe, presbitero, ac laurencio pytak, clericis et laycis dicte lubucensis dyoecesis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Georgius Sylo de frankenford, presbiter lubucensis dyoecesis, publicus sacra Imperiali auctoritate notarius etc.

Et ego Johannes gultz de czulenczk, lubucensis dyoecesis, Sacra imperiali auctoritate publicus notarius etc.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 82.

**LXXXVIII.** Kurfürst Albrecht verträgt die Rakow einerseits und den Abt zu Neu-Zelle, sowie den Prior des Karthäuser-Klosters zu Frankfurt andererseits wegen der freien Heide bei den Dörfern Loffow, Brieskow und Lindow, am 6. Mai 1472.

Wir Albrecht, von gotes gnaden Marggrau zu Brandenburg etc. —, Bekennen — Als den dye wirdigen vnd andechtigen, vnser liben getruwen her Cristofer, apt zur nuwen celle, vnd ern Bernhard, prior des Carthuser closters vor vnser stad franckenford, an ey-nem, vnd Jungbe peter rakow, burger In vnser stad franckford, des andern theils, van disser hirnach geschreben stücke vnd gebrauchunge wegen In widerwertikeit vnd czwitrichten gestanden seyn, der wyr sy myt vnsern Reten mit beyder part wisen in der gutlikeit geeyniget vnd gescheyden haben, Als hirnach folget: Zcum ersten van der freien heide wegen, gelegen czwischen